

autem istis, dicunt eum qui pecuniam accipit ad usuram peccare mortaliter. Et dicit HOSTIENSIS quod pauci sunt qui hoc advertunt esse peccatum recipienti ad usuram, sed danti tantum. Et ideo pauci eorum qui mutuum ad usuram recipiunt hoc peccatum confitentur³¹⁹. Certum est tamen quod non solum ille qui dat, sed etiam qui recipit participat in peccato, quia si non esset qui reciperet, non esset qui daret. Tenetur ergo recipiens mutuum ad usuram sicut et danti. Hec in c. 1^o Extra, De usuris³²⁰ et ibi vide per HENRICUM BOECH³²¹ et alios doctores. Si autem recipit causa voluptatis ut det meretricibus vel ioculatoribus, vel ut ludat ad aleas vel similibus minus excusatur et gravius peccat, ut ibi per eundem³²².

54. 14^o. Restituere debent usuras hiis a quibus extorquerunt, vel eorum heredibus vel, hiis non superstitibus, pauperibus erogare, dummodo [G, 120^o] in facultatibus habeant unde ipsas restituere possint, cum iuxta verbum [D, 226^{va}] beati AUGUSTINI, non remittatur peccatum, nisi restituatur ablatum³²³. Et hec erogatio potius debet fieri pauperibus illius loci, in quo datum est dampnum, vel cuius habitator erat is cui facienda esset restitutio, quam extraneis, quia verisimilius est quod inter illos inveniatur is cui dampnum est illatum, vel heres eius, quam inter extraneos. Et hoc, secundum HOSTIENSEM, qui dicit se expertum quod usurarius potius in anime sue detrimentum facit elemosinam quam in anime sue salutem restituat usuram³²⁴. Et hec restitutio debet fieri per dyocesanum vel per executores quos in testamento reliquit. Sic exponitur illud, prima, q. 1, Non est putanda³²⁵. Quod dicitur: fac tibi amicos de mamona iniquitatis³²⁶, id est de divitiis,

quod est commune, plus quam sufficeret sumptum et violenter obtentum est. Et infra §4. Numquid iniquus est Deus, ut nobis non equaliter distribuat vitae subsidia, et tu quidem esses affluens et habundans, aliis vero deesset et egerent?...».

319. Non inveni. Hostiensis

320. Decret. Greg. IX, l. V, tit. XIX, c. 4 (FRIEDBERG, II, 812): «ALEXANDER III: Super eo vero, quod a nobis tua dilectio postulavit, utrum possit in recipienda pecunia ad usuram dispensatio fieri, ut pauperes, qui in Sarracenorum captivitate tenentur, per eandem possint pecuniam liberari, praesentibus tibi literis. Respondemus, quod, quum usurarum crimen utriusque testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationem aliquam posse fieri non videmus, quia, quum scriptura sacra prohibeat vel pro alterius vita mentiri, multo magis prohibendus est quis, ne etiam pro redimenda vita captivi usurarum crimine involvatur».

321. H. BOICH, In quinque ..., distinct. in V lib. Decret., p. 169^b.

322. Ibid.

323. AUGUSTINI Ep, CLIII, c. VI, n^o 20 (PL 33, 662).

324. Non inveni. Hostiensis

325. DG, pars 2a, causa I, q. I, c. 27 (FRIEDBERG, I, 369). Emprunté à GREGORII MAGNI Epistolae, l. IX, ep. CVI, n^o 1008 (PL 77, 1030): «Non est putanda elemosina, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus acquiritur, quia qui hac intentione male accipit, ut bene dispenset, gravatur potius quam iuvetur...».

326. Lc 16, 9. Vulgate: «Facite vobis amicos de mammona iniquitatis...».

est non facile: - sed opprobrii: hoc est amicus iniquus, sed si se separaverit, non est de amicos.

et sic separari videtur =>

cf. glossa sub, quodam loco est facta mentione postquam allegatur.

et in casu perhibet = dicitur deus
in hoc casu non multo ut libet
et non bene cum illo ut sit etiam
et sic facit contra deum vel contra
- E. hinc per. p. p.

et in hoc casu
et in hoc casu
et in hoc casu
et in hoc casu

et in 86, c. 7 = I, 289
et in 86, c. 8 289-300

Bolton
V. p. 81
Bolton
Bolton
Bolton
Bolton

et in hoc casu
et in hoc casu
et in hoc casu
et in hoc casu

et in hoc casu
et in hoc casu

et in hoc casu
et in hoc casu
et in hoc casu
et in hoc casu

ca. 300 ad 400, lucrum, bona fide per omnia loca.
 peccata subtrahunt et per alia sed per infamiam
 convolvant cum dote nung - in bonis rebus

sollicitudinibus vel laboribus acquisitis, illis quibus abstulisti sua restituas. Unde dicit AUGUSTINUS, XIII, q. IIIII: *Forte aliquis cogitat et dicit: Multi sunt cristiani divites, avari, cupidi. Non habeo peccatum si illis abstulero et pauperibus dederō¹. Unde enim illi nil boni agunt, mercedem habere potero... Sed huiusmodi cogitatio ei¹ dyaboli calliditate suggeritur. Nam si totum tribuat quod abstulerat, addit potius peccatum quam minuat²⁷. Et sequitur per IERONIMUM, ibidem: *Multi sine peccato putant esse, si alienum quod invenerint teneant et dicunt: deus michi dedit, cui habeo reddere? Discant ergo hoc peccatum simile esse rapine [F, 141¹], si quis inventa non reddat²⁸. Illi autem qui non habent in facultatibus unde valeant restituere, non debent ulla pena [G, 121¹] mulctari, cum eos nota paupertatis evidenter excusat. Si tamen ad pinguiorem fortunam pervenerint, tenentur ut prius. Hec patet, *Extra, De solucionibus, Odoardus*²⁹ et *De usuris, Cum tu*³⁰. Et usurarius nedum debet restituere usuras, sed etiam post restitutionem penitere de peccato.**

multe... in isto versu
 forte... restitua males
 exibat... in v. 10
 non remittitur
 nisi...
 cum...
 5 illi
 cum
 12
 15

55. Et idem in quolibet obligato ex delicto, puta furto, rapina, spolio et similibus, ut *Extra, De homicidio, Sicut dignum*, § Eos³¹. Sic notat GUILIEMUS DE MONTE LAUDUNO, *Extra, De privilegiis*, c. 1^o, super verbo *detrabant in Clementinis*, quod non remittitur detractori peccatum nisi per omnia loca per que detraxit et per alia ad que convolvavit et alias *modis omnibus quibus poterit, restituat famam ablatam*³². Et ideo quilibet debet sibi cavere detrahendo alteri, seu alium diffamando, quod est gravissimum

chozon
 Exp. in 116 l. 10
 p. 188

¹ dederō om. G
¹ ei om. G

327. DG, pars 2a, causa XIV, q. V, c. 3 (FRIEDBERG, I, 739). Emprunté à PSEUDO-AUGUSTINI *Sermo CCLXXXVII*, n° 2 (PL 39, 2288).

328. *Ibid.*, c. 8 (FRIEDBERG, I, 740). Emprunté non pas à S. Jérôme mais à ORIGENIS *In Leviticum*, hom. IV, n° 5 (PG 12, 438).

329. *Decret. Greg. IX*, l. III, tit. XXIII, c. 3 (FRIEDBERG, II, 532): «ALEXANDER III: Odoardus clericus proposuit, quid, quum P. clericus, D laicus et quidam alii ipsum coram officiali archidiaconi Remensis super quibusdam debitis convenissent, idem in eum recognoscentem huiusmodi debita, sed propter rerum inopiam solvere non valentem, excommunicacionis sententiam promulgavit. (Et *infra*): Mandamus, quatenus, si constiterit, quod praedictus Odoardus in totum vel pro parte non possit solvere debita supra dicta, sententiam ipsam sine difficultate qualibet relaxetis, recepta prius ab eo idonea cautione, ut, si ad pinguiorem fortunam devenierit, debita praedicta persolvat».

330. *Ibid.*, c. 5. Cf. *supra*, n. 207.

331. *Ibid.*, l. V, tit. XII, c. 6, § 5 (FRIEDBERG, II, 795): «ALEXANDER III: Eos insuper qui dicuntur illius sancti viri et suorum post mortem eius spolia occupare, si nihil aliud in tanto facinore commiserunt, a poena mortis eius arbitramur esse immunes, sed, quae occuparunt, eis, quorum fuerunt, tenentur in integrum restituere, si habent in facultatibus, unde possint ea reddere...».

332. G. DE MONTE LAUDUNO, *Lectura...*, f° 45^{va}.

Extra de privilegiis

Clem. 5, 7 de privilegiis et
 eximibus privilegiatorum
 qui clerici 14, 136
 Clem. 4, 10

8 1 -
 subtrahere indubitanter
 ne in sermone suis
 ecclesiam et fratres uterentur,

loc
 m. 36
 p. 135v

Spauld unicum it. Ca 8, p. 3, 20 (class. ioh. d. 1)

permittentibus, que hodie non tenent³⁴⁰, ut *Extra, De usuris, Quia in omnibus*³⁴¹. De quo etiam dictum est supra³⁴². Ita quod, si post completam prescriptionem, incipit habere malam fidem, tenetur ipsam rem restituere vero domino, quia iam scit quod res non sit vel est sua, et non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. XIII, q. VI^a, *Si res*³⁴³. Ita quod quicumque habet [G, 122^r] conscienciam rei aliene, tenetur eam restituere, alias peccat. Concordat c. *Vigilanti*^k, *De prescriptionibus*³⁴⁴. Quum omne quod non est ex fide, et sic ex bona consciencia^l, ut supra in c. ultimo³⁴⁵. Et hoc est^m magis consonum ewangelio, quod dicit: *non exies inde donec reddas novissimum quadrantem. Matth., V*³⁴⁶, non obstante illo quod dicitur, *Digesta, De eviccionibus*, quod conditor canonis vel legis potest michi dare rem alienam et tutus ero³⁴⁷, quia illa est potentia facti solum, non iuris dei sive naturalis, quod dicit: *Quod tibi vis fieri...* De quo etiam supra aliquociens³⁴⁸. Nemo autem vellet se privari re sua, etiam quantocumque tempore caruisset. Ergo nec debet et aliis hoc idem velle.

De omne
de c. ius
Spauld
v. 160

57. Videamus consequenter, iam illis prenotatis, ad obiecta oppositam sententiam scribentis, de quo premisimus supra³⁴⁹. Et ponit primo conclusionem unicam, scilicet illam: «Usura non committitur in contractibus empcionis et vendicionis, sed solum in mutuo». Et etiam dicit patere ex

^k Vigilanti] Violanti G
^l bona consciencia om. G
^m est om. G

340. *Decret. Greg. IX cum glosis*, l. II, tit. XXVI, c. 20 (CJCa, II, 875).
341. *Ibid.*, l. V, tit. XIX, c. 3 (FRIEDBERG, II, 812). Cf. n. 173.
342. Cf. *supra*, II, p. 192 et I, p. 200.
343. *DG*, pars 2a, causa XIV, q. VI, c. 1 (FRIEDBERG, I, 742). Emprunté à AUGUSTINI *Ep. CLIII, ad Macedonium*, c. VI, n° 20 (PL 33, 662).
344. *Decret. Greg. IX*, l. II, tit. XXVI, c. 5 (FRIEDBERG, II, 383): «ALEXANDER III: Vigilanti studio cavendum est, quum summa dimensio divini iudicii ab initio censuerit propria dimittere, aliena non appetere, nec malae fidei possessores simus in praediis alienis, atque rebus (maxime) ecclesiasticis, quoniam nulla antiqua dierum possessio divino iure bonae fidei possessor dici non possit. Ephesinus enim legislator...».
345. *Ibid.*, c. 20 (FRIEDBERG, II, 393): «INNOCENTIUS III: Quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum est, synodali iudicio diffinimus, ut nulla valeat absque bona fide praescriptio tam canonica quam civilis, quum generaliter sit omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quae absque mortali peccato non potest observari. Unde oportet, ut qui prescribit in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienae».
346. *Matth.* 5, 26.
347. Cette affirmation ne se trouve pas à la référence donnée (*Digestorum* l. XXI, tit. II).
348. Cf. *supra*, I, p. 185.
349. Cf. *supra*, I, pp. 209-210.

cast

Tabelle quia p. 165

Roborensis vel Summo Regum. II, De usuris. n. 11
et si quid mutuum est > per seclum - Reduere sem (?) - Sine

Rod (F.) (6) Reduere sem (?) - Sine

debeat

vilegium secundum RAY³⁵⁵, GOFF³⁵⁶ et HOSTIENSEM³⁵⁷. Et nomen mesure restringitur secundum RODARUM³⁵⁸ ad modios, lagenas et alia vasa quibus mensurari solent grana et liquida. Secus de pane et aliis rebus que mesurantur ad brachia vel ulnas. Unde dicebat GOFFREDUS³⁵⁹ et IOHANNES ANDREE³⁶⁰ post eum, quod forma usu-[F, 142]rari contractus proprie est in mutuo. In contractu autem vendicionis non committitur usura quoad formam, sed ex mente, ut prius dictum est³⁶¹. Et notat GUILIEMUS DE MONTE LAUDUNO, *De usuris*, c. unico, § Sane, sub verbo pertinaciter in *Clementinis*³⁶².

Et in res Evassorum

Obiter notate de per rebus

59. [D, 227^{ra}] Post illam conclusionem, idem dicit: «Item pono aliquas posiciones». Prima: Is^o qui dominus est alicuius rei est et dominus usus eiusdem rei».

Summo Regum -

60. Placet. Et ex illa sua positione arguo sic: per contractum empcionis et vendicionis transfertur directum dominium rei vendite in emptorem eiusdem rei^p. Et sic emens efficitur dominus illius rei, ergo et dominus usus eiusdem rei. Tenet hoc ex sua positione. Tunc ultra: sed contractus reempcionis presupponit contractum empcionis ipsum precessisse. Mutuans ergo aliquam pecuniam super aliqua re, secundum contractum quem dicunt reempcionis, vel talis emit illam rem, vel non emit. Si emit, ergo transfertur in ipsum directum dominium illius rei et sic est dominus predictae rei. Ergo est et dominus usus eiusdem rei. Patet hoc iterum ex sua positione. Sed illud consequens est falsum, cum manifestum est quod talis predictam pecuniam mutuans, non utatur illa re, sed ipsam pecuniam recipiens. Ergo necesse habet dicere non esse empcionem et per consequens nec reempcionem^q, et sic nec contractus reempcionis. Quod erat probandum.

61. Si autem dicatur quod sit empcio quoad censum annuatim prestandum, vel ergo census perpetui vel ad tempus. Sed nu-[G, 123^r]llum illorum potest dici quia, si dicatur esse ad tempus, veniente ergo tempore illo, liberatur,

- ^o Is] hiis G
- ^p eiusdem rei om. G
- ^q reempcionem] reemptorem G

Rodarius

355. R. DE PEÑAFORT, *Summa*, l. II, c. *De usuris et pignoribus*, § 1, p. 227^b.
 356. G. DE TRANO, *Summa* ..., p. 212^{rb}. - *De usuris - et de rebus*
 357. H. DE SEGUSIO, *S. A. c. De privilegiis et excessibus privilegiorum*, f^{os} 324-325.
 358. RODARUS? -
 359. G. DE TRANO, *Summa* ..., p. 212^{ra}. *De usuris*
 360. IOHANNIS ANDREE *In quintum Decretalium librum Novella Commentaria*, Venise 1581, f^o 74^{rb}. *De usuris - 5 in civitate*
 361. Cf. *supra*, I, p. 177.
 362. G. DE MONTE LAUDUNO, *Lectura* ..., f^o 44. *an x 5, 19 de usuris - 5 in civitate*

Nota: non est in civitate - 820 - sed ex mente